Dulwich Society

The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.
Text in various shades of grey indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.
Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.
Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll F2 [previously E2] (recto)

Part 1 *[Thursday] 17 Jan 1521*

Dullewyche

*E. 2*

Vissus Franci plegii Cum Curia ibidem tenta xvij° die Januarii
Anno regni Regis Henrici viij° xij° & c

viij d.

Constabularius ibidem — Henricus Dove Constabularius ibidem & presentat quod Johannes Cassyngar quia insultum fecit in Robertum Hunte

xij d

misericordia viij d. — cum arcu suo ad valenciam xij d ideo ipse in misericordia & ulterius presentat quod predictus Robertus Hunte

misericordia xij d. — insultum fecit in predictum Johannem Cassyngar cum arcu suo ad valenciam xij d. & super ipsum extraxit sanguinem ideo ipse in misericordia

Decennarii ibidem — Robertus Edalle -----, Ricardus Olyver ----- } Decennarii ibidem & reddunt domino de Communie fine de certo ad hanc Diem cc------- iiij s

Tastator servicie — Johannes Daweborne tastator servicie ibidem & presentat quod Johannes Cassyngar est communis tippularius ideo ipse in misericordia cc--- ijd.
& ulterius presentat quod ~~Johannes~~ uxor Johannes Dove est communis brasiator servicie ideo ipsa in misericordia cc--------vjd.

xij^cem pro Rege tam residentes quam tenentes

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Ricardus Lane cc------- | Jurati | Thomas Webstar cc--------- | Jurati | Nicholaus Symondes cc---- | Jurati |
| Henricus Knyghte | | Johannes Webstar | | Edwardus Hunte | |
| Henricus Ode | | Johannes Heryngemane | | Henricus Hunte | |
| Johannes Dove cc------ | | Walterus Davy cc-------------- | | Johannes Cassyngar cc---- | |

Ricardus Lane tenens ut supra

xij d.

Juratores presentant quod Ricardus Lane quia abduxit sex bigatas bruere ext[ra] communiem domini sine licencia ideo ipse in misericordia

iiij d.



Item presentant quod Ricardus Plogge quia abduxit unam bigatam & dimidiam bruere extra communiem domini sine licencia domini ideo ipse in misericordia / & ulterius presentant quod Ricardus Lane accrochiavit terre dominicalis in escurando unam fossatam erga Wodeseyre & quantum continentur in longitudine vell latitudine Juratores ignorant & petunt diem ad supervidendo & dies datus est ei cit[ra] proximam Curiam

Ad istam Curiam venit Johannes Davy & Juratus est in assisam domini regis

misericordia quilibet xx[d] Item presentant quod Ricardus Baker & Robertus Draper quia super onerant communiem Domini vocatam Dullwyche Wode cum averijs suis ideo quilibet eorum in misericordia Item presentant quod Thomas Henly habet in Custodia sua unum equum coloris Grey ad valenciam vj s viij d & venit in dominium istud ad festum Omnium sanctorum ultimo preterito ut extrahura & Item presentant quod dictus Thomas Henley habet in Custodia sua quinque oves matrices ad valenciam quinque solidorum & venerunt in dominium istud ut extrahuris ad festum sancti Johannis baptiste ultimo preterito

Prima Proclamacio

Ad istam Curiam venerunt Ricardus Lane Henricus Dove Walterus Davy Johannes Cassyngare Robertus Edalle Edwardus Hunte Johannes Dove Micaell Cassyngare Johannes Heryngemane Johannes Webstar Henricus Hunte qui habent bona & Cattalla ad valenciam ij s vj d & Dant domino de antiquo consuetudine vocato Rumpens quilibet eorum videlicet j d.

[Rumpens xj d]

Elleccio

Elegerunt Johannem Webstar & Johannem Dove in officium Decennariorum ibidem

# Modo de Curia

| | |
|---|---|
| Homagium | presentant quod Johannes Legh miles Willelmus Chalyner & Willelmus Hunte quia sunt liberie tenentes & . |
| misericordia quilibet vj[d] | faciunt deffaltam secte Curie ideo in misericordia quilibet vj d. |

Ad istam Curiam venerunt Ricardus Lane & Margeria uxor eius una filiarum & heredum Elizabeth Hale & Agnes Hunte consanguineus[*sic*] & altera heres predicte Elizabethe Hale videlicet filia Sibelle Hunte altera filiarum predicte Elizbeth[*sic*] Hale & fecerunt finem cum domino pro quatuor acris terre iacentia in Myddellfelde quas eadem Elizabeth tenuit per Copiam Curiae & obijt inde seisita & duas predictas acras terre discendebant prefate Margeria ut filia & hereda predicte Elizabethe Hale & alias duas acras terre discendebant prefate Agneti Hunte ut consanguineo[*sic*] & hereda predicte Elizabeth Hale quibus Dominus per Senescal[lu]m concessit eis inde seisinam habendum & tenendum eis heredibus & assignatibus suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij per redditus & servicia inde debita & de jure consueta & sic admissae sunt tenentes & quilibet eorum[*sic*] dant domino pro fine cc---- ij s

Finis iiij s.

Ad istam Curiam venit predicta Agnes Hunte & sursum reddidit in manus Domini predictas duas acras terre iacentes in Myddellfelde que nuper sibi discendebant post mortem predicte Elizabethe Hale [ut] consanguinea & heres predicte Elizabeth Hale ad Opus Henrici Ode heredum et assignatorum suis habendum & tenendum predictas duas acras terre ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij per redditus & servicia inde debita & de jure consueta & fecit Domino fidelitatem & sic admissus est tennens[*sic*] & dat Domino pro fine pro tale ingressu inde habendo cc---------- ij s.

Finis ij s.

Juratores presentant quod Johanna Ode que de Domino tenuit per Copiam Curie unum tenementum & xj$^{em}$ acras
terre pro termino vite sue & post dicessum suum remanere debeat Henrico Ode filio predicte
Finis & obijt inde seisita post ultimam Curiam & quod predictus Henricus est eius filius & heres
xiij s. iiij d. qui quidem Henricus presens est in Curia & petit se admitti Cui dominus per Senescal$^{lum}$ suum
concessit ei inde seisinam habendum & tenendum predictum tenementum & predictas xj$^{em}$ acras terre [sibi et] heredibus ut[*sic,* et]
assignatibus suis ad voluntatem domini secundum Consuetudinem Manerij per redditus & servicia inde
debita & de jure consueta & fecit domino fidelitatem & sic admissus est tenens & dat domino pro fine
habendo cc----------- xiijs iiij d.

Ad istam ^Curiam^ Juratores presentant quod Johannes Legh miles tenet & occupat iiij$^{or}$ acras terre iacentes in le Nappse
De quo iure & titulo Juratores ignorant & quod predicte iiij$^{or}$ acre terre tenentorum[*sic,* tenentur] per Copiam Curie
ad voluntatem domino secundum Consuetudinem manerij & quod Radulphus Legh pater ipsius sic
tenuit prout patet per Rotulam Curie Datam decimo nono ^die^ octobris anno regni Regis
Edwardi [iv$^{or}$] xij$^{mo}$ [i.e. 19 Oct 1472] &c

D 9

| | | |
|---|---|---|
| | Henricus Ode | |
| Affuratores | | Jurati |
| | Walterus Davy | |

[End of F2 [previously E2] (recto), apart from, written in a later hand, at the bottom: ]

*Robert Bishop of St Aspe & Abbot of*
*Bermondsey Lord of the*
*Manor 29th Henry 8th* [i.e. 22/4/1537 – 21/4/1538]

[F2 [previously E2] (verso) follows below.]

## Roll F2 [previously E2] (verso)

Part 2 *[Thursday] 27 Feb 1522*

*E2v*

| | |
|---|---|
| Dullewych | Vissus Franciplegii cum Curia tenta xxvij° Februarii anno Regni Regis Henrici viij° xiij° &c |
| Constabularius ibidem | Henricus Dove Constabularius ibidem & presentat quod omnia bene |
| Decennarii ibidem | Johannes Webstar / Johannes Dove ----- } decennarii ibidem & reddunt domino de communie fine de certo ad hanc diem ----iiij s. |
| Communis Finis iiij s. | |
| Tastator servicie | ij d. Johannes Dawborne tastator servicie & presentat quod Johannes Cassyngar est communis tippularius ideo ipse in misericordia iiij d. & quod Rogerus Bostoke est Communis ~~b~~ brasiator ideo ipse in misericordia. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| xij$^{cem}$ pro Rege | Henricus Knyght | Jurati | Thomas Webstar | Jurati | Micaell Cassyngar | Jurati |
| | Ricardus Lane | | Henricus Hunte | | Johannes Heryngeman | |
| | Henricus Ode | | Robertus Edalle | | Thomas Henley Junior | |
| | Edwardus Hunte | | Johannes Cassyngar | | Nicholaus Symondes | |

Transgressio — Thomas Henley queritur versus Johannem Dove de placito transgressionis

Transgressio — Thomas Henley queritur versus Ricardum Lane de placito transgressionis

Transgressio — Thomas Henley queritur versus Johannem Webstar de placito transgressionis

Pena xijd. — Omnies tenentes istius dominii habent penam non sucidando arbores vocatas Crabetres
Umentes quilibet eorum sub pena xij d. tociens quociens

extrahura — Item presentant quod Johannes Heryngman habet in Custodia sua unum equum coloris Baye
ad valenciam xx d. ventus ut extrahura in dominium istud infra duas septimanas
post festum pasche ultimo preterito

misericordia xijd. — Item presentant ∧ quod Ricardus Baker superonerat communiem domini cum omnibus suis ideo ipse in misericordia –xij d.

Pena xxs. — & habet penam non amplius ita faciendo sub pena

Consuetudo vocato Rumpens — **Ad istam Curiam** veniunt Ricardus Lane Henricus Dove Walterus Davy Johannes Dove
Johannes Cassyngar Robertus Edalle Edwardus Hunte Johannes Heryngman Johannes
Webstar Henricus Hunte Thomas Henley senior & Thomas Henley junior & dant domino
de antiquo consuetudine vocato Rumpens quilibet eorum jd. qui habent bona & Cattalla

exeuntia in Communiem domini ad valenciam ijs vjd.

misericordia x s. **Item presentant quod** Johannes Wylkokes quia custodit hospicium Vocatum a blynde ostery & supportat

Pen$^{a}$ xxs. homines & mulieres male gubernacionis ideo ipse in misericordia & habet penam non amplius ita

faciendi sub pena

Elleccio **Ellege**runt Micaelem Cassyngar in officium tastatoris servicie

## Modo de Curia

**Ad istam** Curiam veniunt Thomas Henley & Henricus Ode tenentes manerij & recordant

Fidelitas quemdam sursum reddicionem eis factam extra Curiam per quam Willelmus Challoner

&[*sic*] sursum reddiderunt[*sic*] in manus domini vij$^{em}$ acras terrae iacentes in tribus parcellis infra dominium

Finis de Dullewyche ad Opus Roberti Draper heredum & assignatorum suis Cui dominus per Senescal$^{lum}$

vjs. viijd. suum concessit ei inde seisinam habendum & tenendum predictas vij$^{em}$ acras terrae cum pertinencijs ad



voluntatem domini secundum Consuetudinem manerij per redditus & servicia inde debita & de

iure consueta & fecit domino fidelitatem & sic admissus est tenens & dat domino pro

fine pro tale ingressu inde habendo vjs. viijd. & dat domino pro redditu Annuatim ----ijs. iiijd.

**Ad istam** Curiam venit Radulphus Legh filius & heres Radulphi ~~R~~ Legh & petit se admitti

ad iiij$^{or}$ acras terrae iacentes in Lyttell Appsse & predictae iiij$^{or}$ acrae terrae sunt seisitae in manus

domini & eius Admissio respectuatur usque proximam Curiam

**Item presentant** quod Johannes Dove Senior qui de domino tenuit per Cartam unum orreum & x$^{em}$ acras

*Longes nunc /* terrae per estimacionem [diem suum clausit extremum] & obiit inde seisitus & quod Edwardus Dove est filius & heres

& etatis octo annorum

**Item presentant** quod Johannes Dove Senior qui de domino tenuit per Copiam Curiae diversas terras

prout patet in Rotulis Curiae [diem suum clausit extremum] & obiit inde seisitus post ultimam Curiam & nullum

accidit domino de herieto quia nuncquam fuit in postessione[*sic*] & quod Oliverus Dove

est eius filius & heres secundum consuetudinem manerij

**Item presentant** quod Henricus Wyat miles Johannes Legh miles & Edwardus Dove

misericordia xviij d. quia faciunt deffaltam sectae Curiae ideo quilibet eorum in misericordia c---------vj d.

Affuratores

Henricus Knyght cc------ } Jurati

Henricus Ode cc----------- }

[End of Roll F2 [previously E2].]